



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv  
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia  
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte  
Et Statv Religionis**

Qvo Qvid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibvs, Qvæ Religiosvm Constitvnt, vel ad illum disponunt

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1625**

X. Quæ oriatur obligatio ex voto solemnī paupertatis, & quomodo obliget.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)

in terra, & tractat 62. Habebat Dominus loculos, & a fidelibus oblata conferuans, & suorum necessitatibus, & alio indigentibus tribuebat, cum primum Ecclesiastica pecunie forma esset infirma, quae cum aliis multis referuntur 12. q. 1. & ex lib. Augustini de opere monach. Multa ad hoc confirmandum assumi possunt, & ex consuetudine omnium religionum, & specialiter de Religione minorum, declaratum est a Summis Pontificibus in ca. Exiit, & aliis decretis supra citatis. Denique considerata hominum conditione, & indigentia, & temporum, & actionum varietate est aut moraliter impossibile communitatem religiosam sustentare, omnibusque illius necessitatibus subuenire, vel certe est adeo difficile, vt sine magna distractione, inquietudine, ac periculo religiosorum fieri non possit.

Tandem inquiri potest, an per se spectet ad maiorem perfectionem habere haec ipsa bona mobilia, abque dominio communitatis, etiam pro illo tempore, quo possidentur, & conferuantur; nam fratres Minores hoc punctum paupertatis, tanquam sibi proprium, & ad sui status perfectionem maxime pertinet, defendunt; quibus in hac parte fauet Nicolaus IV. & Clemens V. in locis supra citatis; Ioannes autem XXII. in citatis etiam Extrauagantibus de verborum significat. videtur hoc genus paupertatis pro nihilo ducere, vel potius, tanquam moraliter impossibile refutare. Verumtamen haec controuersia & in 2. tom. 3. p. & in superioribus sufficienter tractata est. Non censemus enim ad moralem usum, & ad profectum perfectionis esse magni momenti. Quamuis enim non negemus professionem illius paupertatis esse possibilem, & amorem eius sanctum esse, & posse habere optimos spirituales effectus, & ex hac parte posse ad maiorem perfectionem inuare, sicut conferre possunt omnes boni affectus, & actus virtutum; nihilominus non existimamus hanc carentiam dominij quoad hoc punctum per se pertinere ad eam paupertatem, quae est instrumentum perfectionis acquirendae. Aliud est enim esse obiectum, vel effectum bonum, & honestum, & accommodatum statui perfectionis, quia cum illa esse potest, & per se non excludit aliquid melius. Quod totum admittimus in illo gradu, seu puncto paupertatis. Aliud vero est esse medium per se ordinatum & moraliter necessarium ad perfectionem acquirendam in quo cunque gradu perfectionis, & iuxta perfectissimum finem religiosi status; & sic negamus illum gradum paupertatis pertinere ad maiorem perfectionem. Cuius ratio est, quia habere, vel non habere dominium illo modo, nec refert aliquid ad augendam, vel minuendam sollicitudinem rerum temporalium, neque etiam conferat ad actus aliarum virtutum exercendos, vt humilitatis, patientiae, & similes ad perfectionem valde viles. Declaratur hoc primo ex differentia, inter mobilia bona, & immobilia; nam immobilia sicut non habentur sub dominio, ita nec possidentur, nec administrantur a tali religione, quia possessa, & administrata, non minorem sollicitudinem afferrent, quam si essent propria; nec etiam minus impedirent incertam mendicitatem, seu indigentiam elemosinarum, & ideo paupertas in communi, quoad bona immobilia est medium per se conferens ad perfectionem, minuendo sollicitudinem temporalem, & praebendo occasionem mendicitatis, & earum virtutum, & earum virtutum sunt. At vero mobilia bona necessaria ad victum & vestitum humanum quantumcunque dicantur non haberi sub dominio communitatis, nihilominus excludi non potest, quin conuenienti modo, & opportuno tempore congregentur, & consequenter possideantur, custodiantur, administrantur, & suis temporibus dispensentur, expendantur, & consu-

mantur a communitate, vel nomine communitatis. Quae omnia nec maiori sollicitudine fiunt propter illam carentiam dominij, vt per se constat, quia tam fideliter administranda sunt illa bona, quam si essent propria; neque etiam illa bona cum dominio possessa magis excludunt incertam mendicitatem; nam per eandem obtinentur, siue cum dominio, siue absque illo acquirantur.

Ex quibus duo in hac materia obseruanda elicio: vnum pertinet ad bona immobilia, quorum carentiam in communi diximus per se pertinere ad maiorem perfectionem; intelligendum enim hoc est de illis bonis, quae ad hunc finem habentur, vt ex eorum fructibus, seu redditibus religiosi alantur; nam haec bona sunt, quae sollicitudinem euitabilem (vt sic dicam) afferunt; & incertam mendicitatem excludunt. Sunt vero alia bona immobilia, quae solum ad necessarium usum possidentur, vt est domus ad habitandum, & Ecclesia ad Deo, & proximis ministrandum; & si quid aliud est simile; & haec necessario possidenda sunt, conferuanda, & debite administranda. Quod si haec aliquam sollicitudinem afferunt, illa excusabilis humano modo non est, suppono enim talia bona cum debita moderatione possideri & administrari, & ideo carentia eorum quoad professionem & administrationem respectu communitatis non pertinet ad perfectionem. Et consequenter, quod communitas habeat dominium talium bonorum, vel quod dicatur esse apud Pontificem, per se non est medium necessarium ad maiorem perfectionem, quia tale dominium per se, neque auget, nec minuit sollicitudinem, nec impedit mendicitatem, aut aliud exercitium externum virtutis, quod possit ad perfectionem inuare.

Aliud illatum pertinet ad quaestum, seu congregationem pecuniarum vel aliorum bonorum mobilium; nam licet verum sit, hoc per se non impedire statum perfectionis humanae, quia est moraliter necessarium ad vitam humanam sustentandam, nihilominus necesse est vt in hoc moderatio paupertati accommodata diligenter obseruetur: quod maxime commendant Pontifices in dicto cap. Exiit, & Clement. Exiit, quia si in hoc genere quaestus permittantur excessus, & maiorem multo sollicitudinem afferre potest, quam possessionum diuitiarum, & moraliter etiam potest excludere indigentiam, & incertam mendicitatem, saltem pro multo tempore. Et ideo cum dicimus possessionem horum bonorum mobilium, & eorum acquisitionem, & conseruationem, non repugnare perfectioni paupertatis, intelligendum est, de possessione, & supellectili accommodata statui paupertatis iuxta vniuscuiusque religionis regulam, & institutionem, & similiter de prudenti prouidentia in praeventendis, seu congregandis huiusmodi rebus, temporibus opportunis, & conferuandis solum pro eo tempore, quod iuxta rerum conditionem, & circumstantias locorum, ac temporum, moraliter fuerit existimatum necessarium, aut valde conueniens. In quo praeter regulam vniuscuiusque instituti, (quae seruanda est, si aliquid in hoc disposuerit) nullam aliam praebere possumus, praeter prudentiam, & bonam intentionem praetatorum, & aliarum personarum, ad quarum sollicitudinem monasterij sustentatio pertinet.

CAPVT X.

*Qua obligatio ex voto solemnium paupertatis oriatur, & quibus modis contra illam grauius peccetur.*

**P** Rincipio habenda praec oculis sunt, quae de voto simplici paupertatis superius sunt dicta: nam cum

8.  
Duplex genus bonorum 177-178-179-180-181-182-183-184-185-186-187-188-189-190-191-192-193-194-195-196-197-198-199-200-201-202-203-204-205-206-207-208-209-210-211-212-213-214-215-216-217-218-219-220-221-222-223-224-225-226-227-228-229-230-231-232-233-234-235-236-237-238-239-240-241-242-243-244-245-246-247-248-249-250-251-252-253-254-255-256-257-258-259-260-261-262-263-264-265-266-267-268-269-270-271-272-273-274-275-276-277-278-279-280-281-282-283-284-285-286-287-288-289-290-291-292-293-294-295-296-297-298-299-300-301-302-303-304-305-306-307-308-309-310-311-312-313-314-315-316-317-318-319-320-321-322-323-324-325-326-327-328-329-330-331-332-333-334-335-336-337-338-339-340-341-342-343-344-345-346-347-348-349-350-351-352-353-354-355-356-357-358-359-360-361-362-363-364-365-366-367-368-369-370-371-372-373-374-375-376-377-378-379-380-381-382-383-384-385-386-387-388-389-390-391-392-393-394-395-396-397-398-399-400-401-402-403-404-405-406-407-408-409-410-411-412-413-414-415-416-417-418-419-420-421-422-423-424-425-426-427-428-429-430-431-432-433-434-435-436-437-438-439-440-441-442-443-444-445-446-447-448-449-450-451-452-453-454-455-456-457-458-459-460-461-462-463-464-465-466-467-468-469-470-471-472-473-474-475-476-477-478-479-480-481-482-483-484-485-486-487-488-489-490-491-492-493-494-495-496-497-498-499-500-501-502-503-504-505-506-507-508-509-510-511-512-513-514-515-516-517-518-519-520-521-522-523-524-525-526-527-528-529-530-531-532-533-534-535-536-537-538-539-540-541-542-543-544-545-546-547-548-549-550-551-552-553-554-555-556-557-558-559-560-561-562-563-564-565-566-567-568-569-570-571-572-573-574-575-576-577-578-579-580-581-582-583-584-585-586-587-588-589-590-591-592-593-594-595-596-597-598-599-600-601-602-603-604-605-606-607-608-609-610-611-612-613-614-615-616-617-618-619-620-621-622-623-624-625-626-627-628-629-630-631-632-633-634-635-636-637-638-639-640-641-642-643-644-645-646-647-648-649-650-651-652-653-654-655-656-657-658-659-660-661-662-663-664-665-666-667-668-669-670-671-672-673-674-675-676-677-678-679-680-681-682-683-684-685-686-687-688-689-690-691-692-693-694-695-696-697-698-699-700-701-702-703-704-705-706-707-708-709-710-711-712-713-714-715-716-717-718-719-720-721-722-723-724-725-726-727-728-729-730-731-732-733-734-735-736-737-738-739-740-741-742-743-744-745-746-747-748-749-750-751-752-753-754-755-756-757-758-759-760-761-762-763-764-765-766-767-768-769-770-771-772-773-774-775-776-777-778-779-780-781-782-783-784-785-786-787-788-789-790-791-792-793-794-795-796-797-798-799-800-801-802-803-804-805-806-807-808-809-810-811-812-813-814-815-816-817-818-819-820-821-822-823-824-825-826-827-828-829-830-831-832-833-834-835-836-837-838-839-840-841-842-843-844-845-846-847-848-849-850-851-852-853-854-855-856-857-858-859-860-861-862-863-864-865-866-867-868-869-870-871-872-873-874-875-876-877-878-879-880-881-882-883-884-885-886-887-888-889-890-891-892-893-894-895-896-897-898-899-900-901-902-903-904-905-906-907-908-909-910-911-912-913-914-915-916-917-918-919-920-921-922-923-924-925-926-927-928-929-930-931-932-933-934-935-936-937-938-939-940-941-942-943-944-945-946-947-948-949-950-951-952-953-954-955-956-957-958-959-960-961-962-963-964-965-966-967-968-969-970-971-972-973-974-975-976-977-978-979-980-981-982-983-984-985-986-987-988-989-990-991-992-993-994-995-996-997-998-999-1000

9.

11.

k 4

cum hæc vota quoad substantiam sint eiusdem rationis, formaliter (ut sic dicam) eandem obligationem inducunt; materialiter autem potest esse diversa, prout illa obligatio, ad maiorem, vel minorem materiam potest applicari; hoc ergo nobis hic superest declarandum, quid videlicet in hoc peculiare habeat votum paupertatis factum in solemnitate professionis religionis. Agimus autem de hoc voto prout nunc est in usu Ecclesie in communi vita religiosa, generatim illud considerando, & abstrahendo nunc ab illa speciali paupertate, quæ proprietatem etiam in communi excludit, de cuius obligatione aliquid dicemus ad finem huius libri, & abstrahendo etiam à specialibus observantiis, si quæ fortasse circa hoc sunt in particularibus religionibus, de quibus quantum ad nostrum institutum spectat, in discursu operis dicemus.

2.  
Assertio, ad quid hoc votum obliget.

Primò ergo obligat hoc votum ad non habendum dominium, seu proprietatem alicuius rei; hoc est certissimum apud omnes, qui de hac materia scribunt, & sumitur ex cap. 2. & cap. cum ad monasterium, de statu monach. cum similibus, & manifestè ex Concilio Trident. sess. 25. cap. 2. de Regulatibus. Ex quibus locis, & ex modo loquendi, & ex pœna religionis proprietatis imposita, manifestè constat, hanc obligationem ex suo genere, esse sub culpa mortali. Quod etiam suadet illud antiquum, & vulgare exemplum de religioso, qui post mortem proprietarius inuentus, & cognitus est, & ideo in loco profano cum sua pecunia sepultus est, ut extat apud Hieronymum Epistola 22. ad Eustochium, de custodia Virginitatis, & ex Gregorio etiam illud retulimus; quò etiam spectat quod S. Bonaventura refert de S. Francisco, quòd scilicet specialiter maledixerit eis, qui in sua religione proprietati fuerint, & quid simile de S. Dominico supra retulimus ex eodem Bonaventura. Ratio est clara, quia tale peccatum est contra votum; ergo est sacrilegium; ergo est peccatum ex genere suo mortale. Dicit verò aliquis, cum dictum sit, per votum paupertatis fieri personam incapacem dominii, quò fieri potest, ut respondeo; esto non possit religiosus dominium cum effectu consequi, potest nihilominus affectu velle, aut dominium ipsum obtinere ex ignorantia, vel inconsideratione incapacitatis suæ, vel certe, quia licet non possit esse dominus, vult habere rem tanquam dominus.

3.  
Duplex potest committi peccatum in hac materia.

Vnde colligitur dupliciter posse committi hoc peccatum. Primò per directam voluntatem habendi, vel acquirendi dominium; secundò per modum accipiendi rem moraliter æquivalentem dominio, seu acquisitioni eius; quantum est ex parte accipientis, & in hoc modo explicando præcipuè consistit substantia huius materie; nam prior breviter expediti potest. Ille enim peccandi modus per se satis clarus est, nec ferè indiget alia expositione; est tamen rarò contingens, præsertim in peccatis procedentibus in externam actionem, qualis est accipere, vel retinere aliquid, quia ignorantia, vel inconsideratio proprii status rarò contingit; existente autem cognitione propriæ incapacitatis, nemo conatur ad impossibile. Nullus ergo religiosus, moraliter loquendo, accipit aliquid cum absoluta voluntate & directa acquirendi dominium eius. Dixi autem, præsertim in peccatis procedentibus in externam actionem, quia si loquamur de peccatis purè internis, per inutilia desideria habendi diuitias, & dominium earum, vel per morosas delectationes in huiusmodi obiectis cogitatis, facile potest peccati desiderium directe proprium dominium; quia desiderium etiam ad rem impossibilem extenditur. Oportet autem ad-

vertere hoc desiderium posse in obiecto includere compositionem cum voto, ut si sit desiderium habendi diuitias, non obstante voto, cum voluntate formali, aut virtuali obtinendi dominium earum, si esset possibile etiam rumpendo votum, & tunc clara est inordinatio grauis talis desiderii, quia est sacrilega, & contraria voto, atque ita ex suo genere peccatum mortale. Si autem tale desiderium non includat dictam compositionem, sed potius votum ipsum excludat; tunc per se loquendo non est actus contra votum, licet ex alio capite sit peccaminosus, saltem, quia inutilis; ut si quis ita desideret, cupere habere diuitias, nisi votum impediret, vel nollem fecisse votum, ut possem esse diues: nam in priori actu omnino excluditur affectus voto contrarius, imò per illa verba non tam videtur explicari aliquis affectus, qui in præsentibus habeatur, quam ille, qui haberetur, si votum factum non fuisset: constat autem tunc illum affectum non fuisse futurum voto contrarium. Vnde si aliquis simplex affectus in præsentibus habeatur, talis est quoad bonitatem, vel malitiam, qualis esset sine voto, quia per conditionem appositam illud excludit, & materia talis est, ut separari possit à voto. Sicut qui habet hunc interiore consensum conditionatum, si hodie non esset prohibitio præcepti, comederem carnes, non agit contra præceptum; in altero autem actu solum includitur ultra hunc affectum displicentia quadam de voto facto, quæ per se etiam non est peccatum mortale, ex omnium sententia: quia qui vult aliquid, non promittit perseverare in tali complacentia voti facti, ut nunquam illi displiceat, sed solum promittit perseverare in proposito impendi votum. Dico autem, per se loquendo: nam si quis per huiusmodi actus se exponat periculo retrocedendi, & tandem committendi aliquid contra votum, ex eo capite poterunt tales actus esse contrarii voto; & ideo omnino vitandi sunt, tum quia inutiles, tum etiam, quia perniciosi. Vnde etiam fit, malum esse in religioso delectationem morosam de dominio, vel libero usu diuitiarum; de qua magis dubitari potest, an sit voto contraria, cum sit de obiecto prohibito per votum; nam omnis delectatio morosa de obiecto peccaminoso talem malitiam inducit, qualem habet obiectum, & actus prohibitus circa illud. Nihilominus probabilius censeo illum actum non esse contrarium voto, quando excludit propositum agendi contra votum; & ideo neque esse peccatum mortale per se, & ex vi obiecti. Illud enim principium, quòd delectatio morosa de obiecto pravo participat malitiam eiusdem speciei, ad summum locum habet quando illa malitia obiectiva est intrinseca materie, de qua delectatio sumitur, non verò quando materia solum est mala, quia prohibita; nam tunc malitia est separabilis per cogitationem, in ordine ad delectationem internam, quamvis non sit separabilis ab executione, durante prohibitione. Sic enim delectatio morosa in die prohibito, de est carnium, non est per se peccatum mortale, si aliqui voluntas sit firma in proposito seruandi præceptum; ita ergo est in præsentibus, in hoc enim æquiparatur materia voti paupertatis, quòd per se & intrinsece, non est mala, sed solum, quia eius carentia promissa fuit; de qua re alibi latius; interim videatur Sanchez, lib. 1. Decal. c. 2. n. 10. Vasquez 1. 2. disp. 3. c. 3. & c.

Circa posteriorem igitur peccandi modum in primis obseruari oportet, triplex esse actionem, vel quasi actionum genus, in quibus potest aliquis se gerere, tanquam dominus temporalium bonorum, scilicet, in acquisitione eorum; nam hoc est primum quod ad dominium requiritur. Deinde in retentione, seu

Delectatio morosa quando sit peccaminosa.

ne, seu conſervatione; ac denique in diſpenſatione, seu conſumptione talium bonorum; quia ergo religioſi, non obſtante voto, & accipiunt haec bona ſaltem, quoad poſſeſſionem, seu retentionem facti, & retinent illa, & illis etiam vtuntur uſque ad conſumptionem, in ſingulis explicare neceſſe eſt, quando ita ſunt vt in eis cenſetur moraliter dominium uſurpari, & contra votum fieri; & conſequenter, quae conditiones concurrere debeant, vt licite, & iuxta voti exigentiam ſiant. Poſſunt autem haec actiones tam circa bona mobilia, quam immobilia exerceri; ordinariè autem prout à Religioſis ſunt circa mobilia verſantur, & ideo de illis praecipue dicemus, quia frequentia dubia moralia circa illa maxime occurrunt: in fine autem adiungemus aliquid de bonis immobilibus, quatenus à priuato religioſo poſſunt aliquando poſſideri. Aduerto autem hic non eſſe ſermonem de religioſis factis Episcopis, nec de religioſis eiectis, ſed ſolum de his, qui in vnione, & obſequentia ſuae religionis permanent, nam de ceteris poſtea dicemus.

CAPVT XI.

Quam acceptio, seu adquisitio alienius rei ſi in religioſo vultum proprietatis, seu contraria voto paupertatis.

Primo dubitari poſt: quando acceptio alienius rei ſit actus dominij, & proprietatis, & conſequenter ſit voto contraria. Regula generalis, quae in hoc aſſignari ſolet, eſt, quando religioſus priuatus accipit aliquid ſine licentia ſui praelati, & ideo cenſetur tunc peccatum mortale ex genere ſuo, niſi ex leuitate materiae fiat veniale. ita ſentit Nau. c. non dicitur, ſeu comment. 2. de Regularibus ſape, & ſumitur ex communi Doctorum ſententia in c. Cum ad Monachum de ſtatu Monach. & inſinuat in textu, nam prius prohibetur monachus habere proprium, & inde ſtatim concluditur. Vnde ſi aliquid fuerit a ſiquid ſpecialiter deſtinatum, non pot eſt ſumit illud accipere, ſed ab alio, vel priori, vel cellario aſſignetur; ac ſi diceret, accipere aliquid ſine facultate ſuperioris eſſe actum proprietatis, & ita etiam Greg. Lop. in leg. 14. (quae ex illo textu ad litteram ſumpta eſt) tit. 7. p. 1. & ideo omnes etiam antiqui Patres Monachorum, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, & ceteri ſupra citati, cum actum proprietatem non eſſe licitam monacho, ſtatim declarant non licere illi aliquid accipere, ſine licentia praelati; vt patet in c. Non dicitur, 12. q. 1. Si etiam in cap. Ioannes ſacer, de regularibus, mandatur, ne aliquis religioſus peculiare quidquam habeat, illud autem peculiare dicitur, quod ſine licentia Praelati recipitur.

Denique Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. 2. de regularibus ſolum ex permiſſione ſuperioris permiſſit regulari vſus mobilium bonorum, & ſtatim ſubdit: Quod ſi quis aliquid, quod ſua uenero d. prehendiſſet, aut conuictus fuerit, in bono uſu, & paſſua uocep. in uſu ſit, &c. ſcilicet tanquam proprietarius; ſeadeum autem eſt ratio, de acceptio rei, & de quocunque vſu, & ideo in principio eiusdem capituli dixit idem Concilium, non poſſe religioſum habere aliqua bona tanquam propria, ſed ſolum inquit ea ſuperiori ir adantur; moraliter autem tradit cenſentur, quando ab eo petitur facultas, & nomine, seu auctoritate ipſius, accipiuntur & retinentur, vel alii traduntur. Et hinc ſumitur ratio praedictae regulae; nam contraria bona temporalia tenenda illa, de ſe eſt actus dominij, ſed qui rem accipit in ſcio Praelato, exercet huiusmodi actionem: ergo committit contra votum exercendo actum dominij, & proprietatis; & conſiſtatur, nam qui uouet paupertatem, licet uouet non habere, ita, & non ac-

cipere aliquo modo, quia accipere ad habendum ordinatur; ergo maxime uouet non accipere tali modo; ſcilicet abſque licentia ſuperioris.

Circa haec uero regulam nonnulla declaranda ſuperſunt. Primum eſt, qualis licentia neceſſaria ſit, expreſſa ne, an uero ſufficiat interpretatiua. In quo in primis certum eſt, vt res optime, & ſincere fiat, licentiam expreſſam eſſe neceſſariam, ubi commodè poſtulari poſteſt, quia huiusmodi licentiam poſtulat, & religioſa regula, & conueniens, ac ordinatus procedendi modus. Secundò eſt certum, quando non eſt commoditas petendi dante licentiam, ſufficere praesumptam, seu interpretatiuam, & quando ſuperior diſtat, vel eſt occupatus, & uiget neceſſitas, vel moralis commoditas accipiendi; tunc enim ſi quis probabiliter credat ſuperiorem dante ſuiſſe licentiam, ſi conueniri poſſet, ſine peccato proprietatis accipi poſteſt. Vt ramen melius fiat, oportet vt acceptio ſit cum habituſine ad ordinatam retentionem, & diſpenſationem, & conſequenter, vt fiat cum intentione manifeſtandi rem ſuperiori cum primò oportunitas occurreret, vt ipſe expreſſe ratam habeat acceptioem, vel irriter ſi uoluerit, nam hoc etiam exigit religioſa regula, & debitus ordo. item, quia licet nihil poſſit recipi, ſine licentia, ita nec retineri, vt infra dicemus; ergo eo ſaltem modo quo eſt neceſſaria expreſſa licentia ad recipiendum, ſi poſteſt commode haberi, ita etiam, ad retinendum; ergo quando illa expreſſa licentia non praecellit, propter impedimentum, illo ablato, relinquitur eadem obligatio petendi expreſſam licentiam, ſcilicet propter retentionem. Vnde obiter colligo, hoc ſolum habere locum, quando res accepta conſumpta non eſt priuſquam expreſſa licentia poruenit à ſuperiore poſtulari; tunc enim procedit ratio facta. At uero ſi res iam ſit conſumpta, ceſſat neceſſitas, quae per ſe pertinet etiam ad perfectionem paupertatis, quia ad rem, omnino praeteritam, & quae iam in futurum non pendet, impertinens eſt licentia vel conſenſus ſuperioris: nam licet illum non praebat, res non poſteſt eſſe infecta. Deo autem, per ſe, & ratione paupertatis, nam in ordine ad alios fines poſſet id aliquando expedire, aut melius eſſe, vel vt ſuperior diiudicet, an aliquid culpae, vel imperfectionis fuerit commiſſum; vel ad melius cognoscendam in futurum uoluntatem ſuperioris pro ſimilibus occaſionibus, vel vt quando oportuerit poſſit eſſe gratus benefactori, &c.

Tertiò dicendum eſt in rigore praeccepti ſufficere tacitam vel probabiliter praesumptam ſuperioris uoluntatem, etiam in eo cau, in quo poſteſt expreſſa licentia poſtulari, & ob aliquem humanum reſpectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem adeundi ſuperiorem omititur. Haec eſt ſententia communis, quam tenuit Nauar. comm. 2. de Regularibus num. 29. ubi ipſe tacitam licentiam uocat, & Turrescremata in eodem capite, Non dicitur, art. 8. ubi probabiliter praesumptam appellat cum Thoma 2. 2. quaest. 32. art. 8. ad 1. ubi ſpecialiter loquitur de licentia neceſſaria religioſo, ad eleemoſynam faciendam. Inde uero ſumitur à fortiori argumentum, quia facilius eſſe uideatur accipere, & monaſterio aliquid acquirere, quam de bonis illius quidquam diſpenſare, & ideo uerſimiliter praesumitur licentia ad accipiendum, quam ad largiendum etiam per eleemoſynam. Eandem ſententiam generatim amplectuntur D. Anton. 3. p. tit. 6. c. 1. §. 11. notab. 2. Angel. uerbo Eleemoſyna. n. 6. Cordub. in ſumma. q. 109. Lopez 1. p. inſtr. c. 156. concl. 3. ſequuntur ex noſtris Tol. in ſumma tract. de peccatis mort. c. 28. Mol. tom. 2. de inſtr. d. 2. 7. Val. 22. diſp. 10. q. 4. punct. 3. Leſſ. l. 2. c. 41. dub. 9. n. 80. Azor. t. 1. inſtr. mor. lib. 12. c. 12. q. 2. 3. & 4.

Maiori

3. Dubitatio prima quae licentia requiratur.

4. Aſſeritio tertia, ſi ſit licentia tacita, & in ſi poſſit poſtulari.